

(16,22). Et haec solutio omnino praeparet. Quod LXX h. 1. addunt : « et facta est uxor Roboam filio Salomonis, et peperit ei Abiam », certissime est interpolatum.

Tandem Absalom ad aulam quoque iterum admittitur. v. 29 « Misit itaque ad Iob, ut mitteret eum ad regem; qui noluit venire ad eum ». « Peritus aulicus postulata sua omnia considerat, neque ad rem tentandum nisi de eventu securus accedit » (Calm.). Mittendus ad regem Iob, cf. v. 32. « Cumque secundo misisset et ille noluisset venire ad eum », v. 30 « dixit servi suis : Scitis agrum Iob iuxta agrum meum, habentem messem hordei : ite igitur, et succenderite eum igni. Succederunt ergo servi Absalom segetem igni ». Sequens pars versus ex LXX in Vulg. penetravit (Verc.). (« Et venientes servi Iob, scissis vestibus suis, dixerunt : Succederunt servi Absalom partem agri igni ».) v. 31 « Surrexitque Iob et venit ad Absalom in domum eius, et dixit : Quare succederunt servi tui segetem meam igni ? » Hinc inferi Clair, Absalom non lieuisse domo sua excedere. v. 32 « Et respondit Absalom ad Iob : Misi ad te obsecratus, ut venires ad me, et mitterem te ad regem, et dices ei : Quare veni de Gessur ? melius mihi erat ibi esse. Obsecro ergo, ut videam faciem regis : quodsi memor est iniurialis meae, interficiat me ». Hebr. quodsi est in me iniurias : intellige, iniurias praeceptor illam facto revocationis iam condonatam ; vel absolute : malo mori quam venia frui, qua patris aspectu excludar. v. 33 « Ingressus itaque Iob ad regem, nuntiavit ei omnia, vocatusque est Absalom, et intravit ad regem, et adoravit super faciem terrae coram eo, osculatusque est rex Absalom ».

b. Interitus Absalom 2 Reg. 15, 1-20, 26.

Absalome patri reconciliato, omnia videbantur composita ; regem interim angebat timor, ne « malum de domo sua » (12,11) forte nondum cepisset finem, ne forte « gladius » (12,10) nondum reductus esset in vaginam. Quenam interim Absalom mente volveth consilia ? Amnon licentious fuerat, violentus, incuriosus. Absalom sui compos, astutus, ambitious. Sororem paucis silere iubet, odium biennio dissimulat, dein fratrem hospitem trucidat. Non sola stimulabatur stupratorae sororis iniuria, sed consilium ceperat Amnonis vita simul et regno privandi, lucro sibi versurus sororis opprobum. Impunitatem promittebat Davidis in Amnonem lenitas ; offendit animum patris de filio stupratorae interempto diuturnior luctus ; exacerbavit dimidiati concessa venia. Illic primum nata in patrem aversio, hinc eius regno efficiendi consilium. Petit simulata pietate Absalom, ut ad aulam rursus admittatur, non

quo genitoris fruatur amplexu, sed ut impiae ambitioni efficacius queat indulgere : nec suspicantem osculo prodit.

Narratio commode in duas partes distribuitur, quarum prior Absalomis defectionem, altera eiusdem stragam refert.

Absalomis defectio 2 Reg. 15, 1-16, 14.

ARG. — 13, 1-13 docemur, quomodo Absalom assumpto 13, 1 regio statu, et devinctis sibi v. 2-6 civium animis defectionem praeparaverit, quam tandem v. 7-13 Hebreo compleverit. 13, 14-37 narratur Davidis ex Hierosolymis egressus, simul tamen penes ipsum germina panduntur rerum aliquando feliciter restituendarum : adsumt quippe v. 14-23 probatorum herorum legiones, adsumt cum filiis pontifices 24-30 regem de Absalomis consiliis certiorum facturi, adest 31-37 Chusai ipsa Absalomis consilia subversuras. Subiectum 16, 1-14 factum Miphlobeth et Semei. Haec narrationis pars concluditur Absalomis Hierosolymis adventu 13, 37 ; 16, 13.

Cap. XV v. 1 « Igitur post haec fecit sibi Absalom currus et equites, et quinquaginta viros, qui praecedenter eum ». Cum 3 Reg. 4, 3 Adonias regnum usurpaturus eundem fastum assumperit, is certe regis proprius erat, et quidem regis Iudeorum. Superflue igitur Then. conicit, Absalom enim ea in re avum Tholmai esse imitatum. Aliunde assumptus ille fastus in eo videbatur posse excusari, qui regis successor futurus merito praesumeretur.

Cum Then. et Keil putat Clair, צבאו של קיסר, quia distinctum ab brevi post haec, et appellant ad 3, 28 ; at fundamento caret conjectura. — Hebr. currus, quem singulariter versiones interpretantes sunt collective. Potest etiam intelligi unus currus, regio fastu adornatus equerumque numero conspicuus. — Equites : LXX equos ; vox hebr. utrumque significat, primarie equos. Ambigi igitur potest, intelligantur equi curribus trahendis, an vehendis viris destinati.

v. 2 « Et mane consurgens Absalom stabat iuxta introitum portae, et omnem virum, qui habebat negotium, ut veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se, et dicebat : De qua civitate es tu ? Qui respondens aiebat : Ex una tribu Israel ego sum servus tuus ». Primo mane adstabat prope portam, qua ad regium intrabatur tribunal. v. 3 « Respondebatque ei Absalom : Videntur mihi sermones tui boni et iusti, sed non est, qui te audiat, constitutus a rege ».

Putat Then. agi de officiibus, qui quaerelas examinarent, regique examinatas proponerent definiendas. Sed ex Absalomis verbis « Quis me

constitutus iudicem » potius efficitur, intelligi iudices proprie dictos, qui ipsi definirent. **כָּתוּב בְּמִלְחָמָה** non est proprie *constitutus a rege*, sed *a parte regis*, qua expressione ipse quidem rex non directe accusatur, ast neque eximitur accusatione; imo accusatio, etiam quo in casu immediate alios ferit, ultimatum recedit in regem. Nam eiusmodi iudices nulli esse dicuntur, vel quod rapere nulli fuerint constituti, quod tamen parum videtur probabile, vel quod constituti commissum sibi munus neglexerint (*Malv.*), aut administraverint veniliter (*Sanct.*), aut essent numero pauciores. Ceterum merito notat *Est.*, accusationis inanitatem probabilem fieri ex facto regis audientis mulierem Theocuitidem. « *Dicebatque Absalom* » v. 4 « *Quis me constitutus iudicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium* » — reliqui litigationem et iudicium — « *et iuste iudicem!* » *Hebr.* et eum iustum ostendam, declarare. Singulorum causam prima fronte iustum esse declarabat, neque aliud desiderari, quam ut aliquis constitueretur, qui id pro tribunali declarare curaret, aut perspicere valeret. Ex 1 Reg. 8 concludere licet, iustitia iniqui administrata populum facilissime omnium ad tumultum potuisse excitari, ergo etiam eiusmodi iniquitatis suspicione et melioris administrationis promissione. v. 3 « *Sed et cum accederet ad eum homo, ut salutaret illum, extendebat manum suam, et apprehendens osculabatur eum.* » *Hebr.* exprimit salutationem, quae siebat prostratione in terram. Familiari modo etiam inferioris conditionis homines salutabant Absalom. v. 6 « *Faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium, ut audiret a rege, et sollicitabat corda virorum Israel.* » *Hebr.* *Chald.* *furabatur*, *Syr.* *alienabatur*, *LXX* *ἰδιοτελεῖ*; cf. Gen. 31, 20; corda regi abalienabat, sibi devinciebat.

Rebus ita praeparatis, iam in apertam rebellionem prorumpit Absalom. Ubi indagandas sunt cause, ob quas tam prospere ei res cessit. « *Nunquam* », inquit *Calm.*, « desunt in populo seditionis, turbaram novarumque rerum cupidi. Factio Saulis nondum penitus extincta erat. Iobus secundus a rege indolem habebat superbia et fastu intolerabilem. Impunita eius crima invidiam conabant regi, qui nihil grave in illum decernere ausus fuerat. Ipse pariter David adversaris suis causa praebuerat tum criminis cum Bethsabee, cum illata Uriæ necesse, que duo sceleris manifesta erant, et odiosa, praesertim in rege. Quod autem Absalom maxime favit, incuria iudicium in rebus populi cognoscendis fuit; neque enim adeo ea de re doluissest Absalom, nisi eius qurelae aliquem veritatis colorem habuissent ». Addit egregiam principis formam, miram affabilitatem, qua innumeros omnium tribuum viros sibi conciliaverat, illos maxime, qui postea adversam sententiam nacti male affecti a rege discesserant. Dein ipse praesumebat haeres regni futurus, ne ob attentatam quidem rebellionem ab indulgentiore in filios parente successione excludendus (cf. 48, 5).

Quis auderet illius se partibus non adiungere, qui, victor an victus, arbiter rerum quondam futurus sciretur?

v. 7 « *Post quadraginta autem annos dixit Absalom ad regem David : Vadam et reddam vota mea, quae vovi Domino, in Hebron.* » Loci nomen ad *vadam et reddam* refertur (cf. v. 10), non ad *vovi*. v. 8 « *Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens : Si reducerit me Dominus in Ierusalem, sacrificabo Domino.* » Eadem expressio. Ex. 3, 12; 10, 26 de sacrificio adhibetur; ante exstructum templum sacrificia urbe Hierosolymitana non circumscrivebantur. Legi *quatuor annos cum keri*, *Syr.*, *Ios.*, *Theodoret.*: ex *אַרְבָּע שָׁנִים* facillime oriri potuit. Abramus regnum quadraginta annos non excessit. Intelligitur quadriennum post perfectam Absalomis cum Davide reconciliationem (*Ios.*), nam animadversiones chronologicae 43, 23, 38; 14, 28; 13, 7 invicem exipiunt et ab invicem computantur. — v. 9 « *Dixitque ei rex David : Vade in pace. Et surrexit, et abiit in Hebron.* » Quae tum erat urbs post Ierusalem tribus Iudei principes, cuius sane imprimis tribus homines sibi affabilitate Absalom devinxerat. Inde Davidis regnum ortum duxerat, pluresque fortasse civium translatum inde Hierosolymam regnum aegre ferebant (*Then.*) prionoresque erant, qui principis Hebreo nati, formosi et affabilis partibus studebant. v. 10 « *Misi autem Absalom exploratores in universas tribus Israel, dicens : Statim ut audieritis clangorem bucinæ, dicite : Regnavit Absalom in Hebron.* » Clango buccinæ insolitus quid portendebat. Eo de Hebron exaudito, urbes adiacentes tuba et ipsae incolas convocationes erant, ut si quod periculum immineret, se defendarent, si quid fausti evenisset, praesto adessent. Qui tubae clangor paulatim de civitate in civitatem propagabatur. Quo deinde tempore homines armati, quid causae esset adhuc ignorantes, confluerent, exploratores pro Absalom conclamaturi erant, incertasque turbas in eius partes traducturi. Ergo non est necesse supponere cum *Cler.*, etiam buccinatoribus ab Absalom fuisse provisos: tot enim buccinatorum per universam regionem concursationes Davidem nequamquam latere potuerint. v. 11 « *Porro cum Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde, et causam penitus ignorantes.* » Cur fuere praetexta sacrificii invitati? Ut eorum auxilio careret David, inquit *Abul.*; quae ratio eo magis cogit, si supponas eos viros plus auctoritate valuisse, quam corporis robore. « *Ut ascitis secum viris, de quorum fide dubitabat nemo, omnem ipse coniurationis et domi suspicionem admiserit,* » inquit *Sanct.* « *Ut populo fucum faceret, omnia ista fieri, adeoque et inaugurar se et regem proclamari, volente ac iubente patre,* » inquit *Tir.* Ut obsides essent, addit *Then.*, pro familia-

ribus Hierosolymis degentibus. v. 12 « Accersivit quoque Absalom Achitophel Gilonitem, consiliarium David, de civitate sua Gilo ».

Pater erat is Eliam, qui 23,34 inter heros David recensetur. Gilo, in montanis Iuda sita Ios. 15,31. *Accersivit*: versiones omnes legebant חִרְבָּה; nisi arbitrarie textum emendare velimus, dicendum erit, expressionem כַּלְשׂ etiam habere sensum accersendi, quatenus mittatur mandatum, et mandato persona quasi de uno loco in alterum mittatur. Explicat Syr. misit ad eum... et adduxit eum.

« Cumque immolaret victimas, facta est coniuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalom ». Ex 19,10 Absalom tum etiam unctus est (*Menoch.*). « Videtur Absalom multos consumpsisse dies in victimarum immolatione, ut honesta praeixeretur species improbo consilio » (*Sanct.*). Plures, qui sincero animo advenerant, coniurationi se adiunxerunt; multi consilii pridem obscure tantum cognitis plenum praestitire assensum; concurrebat populus (cf. v. 10) ex universis tribubus Israel. Reliqui textus verba *cum immolaret victimas*, postposita copula ad praecedentia trahunt; sed num tum tandem accersivit Achitophel David? v. 13 « Venit igitur nuntius ad David, dicens: Toto corde universi Israel sequitur Absalom ». Expressionem habes 2,10 et 1 Reg. 12,14. En rursum « gladius » animo hand opinantis regis obiectus.

Iam narratur Davidis fuga, v. 14 « Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Ierusalem: Surgite, fugiamus, neque enim erit nobis effugium a facie Absalom; festinate egredi, ne forte veniens occupet nos », Hebr. ne forte ipse festinet nosque assequatur, « et impellat super nos ruinam », vel quatiens muros arietibus (*Sanct.*, cf. 20,13), vel sensu figurativo, « et percutiat civitatem in ore gladii ». Ad questionem, cur David, rex fortissimus, illico fugae se dederit, primum notat Calm.: « Neque panico terroris sive turbatae phantasiae ludibrio, quae discriminis metum augerat, hacc deputanda sunt: exhibet enim sese sub ipsis Hierosolymae moenibus, et nondum traiecto torrente Cedron, cautions occupantem omnes, quas prudentia in his rerum articulis dictat ». Iam ratio fugae nostro versu clare enuntiatur: pro certo habebat David, se tum urbem contra Absalom omnino non posse tueri. Cur ita? « Nuntio ex omnibus regni civitatis allato exortae universalis et unanimis rebellionis, iudicavit David etiam Hierosolymis esse, qui filio secrete faverent » (*Duguet*). « Neque erat urbs tanta, tot incolis referta, commeatu necessario instructa » (*Tir.*). Imo ex servorum regis fortissimorumque militum alacritate in urbe munita deserenda concludere fas est, rebellionem in ipsam urbem penetrasse. Videtur ibi quoque clanguisse tuba, proclamatum esse Absalom regnum, plurima regia supellex esse occupata. Uni-

ca illa vox v. 13 « Toto corde universus Israel sequitur Absalom » compendio resumit plurimos numero nuntios, qui aliam post aliam urbes defecisse, ipsamque tandem Ierusalem non iam esse tutam nuntiaverant. v. 15 « Dixeruntque servi regis ad eum: Omnia, quaecumque praecoperit dominus noster rex, libenter exsequemur servi tui ». v. 16 « Egressus est ergo rex et universa domus eius pedibus suis, et dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum ». Pedibus eius habet Hebr., quod cum Chald. Syr. vertendum est cum eo seu post vestigia eius, cf. v. 18 et Iud. 4,10. Concubinae relinquebant, quia in tanta perturbatione et festinatione non poterant in locum tutum convenienter abduci; dominus curam eo modo, quo mulieres solent, gesturae erant (*Menoch.*), simul praesidio futurae, ne ante Absalomii adventum a plebe illa diriperetur (*Sanct.*); nihil illis timebatur, quas regia consuetudo coram plebe nobilitaret (*Sanct.*), sanguinisque affinitas ab Absalomis, uti putabatur, libido defendiceret. v. 17 « Egressus rex et omnis Israel pedibus suis », i. e. post eum, cf. v. 16, « stetit procula domo », v. 18 « et universi servi eius ambulabant iuxta eum, et legiones Cerethi et Phelethi, et omnes Gethae, pugnatores validi, sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth pedies », vel potius venerant in vestigio eius (Hebr.), ergo secuti eum fuerant, « praecedebant regem ». Certo aliquo extra urbem loco substituit rex, ut intelligeret, quinam sibi adhaerent, eisque tempus concederet agminis ordinandi; inde ita processit, ut familiares eius *inxtra eum ambularent seu transirent* (Hebr.), lectissimae vero copias agmen ducerent, quo ex ordine itineris illud sequi videtur, magis immediate sibi tum regem ab incolis regionis, quam peragrabat timuisse, quam ab insecente Absalomis exercitu.

Omnis Israel. Ubi Vulg. videtur leguisse יִשְׂרָאֵל, Chald. legebat בָּנֵי יִשְׂרָאֵל vel אֲשֶׁר; sed Hebr. Syr. legebant בָּנֵי הָעֵדָה, itemque LXX, qui tamen expressiones *omnis populus* et v. 18 *universi servi eius* alteram in alterius locum supponserunt, perpetram utique, nam expressiones apud reliquos omnes eodem ordine, atque apud Hebr., sc. excipiunt. Iam *omnis populus* h. l. non intelligitur omnis Israel, is enim Absalom potius sequebatur, sed omnes Davidis asseculare universum spectati. — *Procula domo.* Observum בַּתְּהַכְּמָה locum significat, ubi substituti rex ordinandi agminis causa. Ille locus proprius ab urbe distabat quam torrens Cedron (v. 23) et mons Olivae (v. 30). Iam LXX, quae h. l. duplicitem eiusdem textus versionem contextit, illas voces hebr. modo reddit ἐν τοῖς ὑπάρχοντας, ubi Μαζεύη nihil aliud esse existimo, nisi partim corruptam transpositionem consonantium vocis בַּתְּהַכְּמָה; modo קְרַבְתָּ לְאַזְּזִים, legitur בַּתְּהַכְּמָה sub oliva remota, בַּתְּהַכְּמָה interpretata regionem remotam i. e. desertum; quae interpretatio, deficiente meliori, satis placet, dummodo adertas non posse intelligi nisi arbor, ab urbe quidem alias remotior, atamen eis torrentem Cedron exurgens. Then. interpretatur « apud domum urbis extremam », ubi tamen illud offendit, absolutum בַּתְּהַכְּמָה significare « in domo », non vero « apud domum » (Wellh.). — *Pugnatores validi*: haec voces in reliquis textibus desunt, videantur huc

delaupsae ex confusione textus LXX, de qua statim. — Iam in sequentibus LXX triplicem huius textus versionem conglutinat (Verc.) : 1) χαὶ πάντες οἱ πάθεις αὐτοῦ ἦσαν γέρων παῖδες, καὶ πᾶς Χεισθεὶς πάππας ὁ Φειδός; 2) χαὶ πᾶς ὁ παῖς πατέρος τουτού έχόμενος αὐτοῦ, χαὶ πάντες οἱ πάππαι καὶ πάντες οἱ δέροι, καὶ πάντες οἱ μαχηταί, Ήπειρότοις ἔνθες, quae voce aliquod antiquum interpretationem exhibent (Wellh.) nominum propriorum Cere-
thi, Phletheti et Gethaeorum, quale etiam Chald. et Syr. h. l. tentaverunt; 3) χαὶ παρόντας ἦσαν γέρων παῖδες, καὶ πᾶς ὁ Χεισθεὶς χαὶ πᾶς ὁ Φειδός: καὶ πάντες οἱ Γεράσιοι οἴεντοι δῆνος καὶ τοῦ λαοῦ.

Sexcentos Philisthaeos Gethaeos in exercitu Davidis fuisse, iam perhorruit Abul., et post ipsum Then., qui constat ex quibusdam incertis lectionibus pro Gethaeis substituendos esse Gibborim, et cum los. intelligendes illos sexcentos viros, qui i Reg. 27, 2 cum David successerant in Geth. Verum enimvero falluntur viri dochissimi. Etenim Gethaeorum mentis infime connectitur cum dieis corona Ethai Gethaei v. 19 mentione : istum autem veri nominis erat Gethaeus, erat enim « peregrinus », nec facile David Philisthaeum lectissimae ipsorum Israelitarum manu praefecisset. Et quid tandem mirum, praeter Cerethi et Phletheti, etiam Gethaeos advenas in exercitu David esse repertos, quorum rex Achis plurimum quandam favarat Davidi (cf. 1 Reg. 27 et 29)? Nota, ex 17, 1 effici, duodecim milia virorum existimatissimis fuisse abunde sufficientes ad Davidem opprimendum ; unde inferre licet, Davidem vix sex milia secum habuisse, et fortasse etiam pauciores. Ergo praeter familiares domus suae, quibus vix illa apud Absalonem esset gratia spes, fare soli mercenari alienigenae videntur Davidem esse secutii. Sane hi Hebreorum haud paucis erant ob honorem invisi, quam invidiam Absalonem aut forferat aut futurus esse credebatur. Sic Davidi plenissimo sensu supervenit « malum de domo sua » (12, 11), universa domu Israel ab ipso ayersa.

v. 19 « *Dixit autem rex ad Ethai Gethaeum: Cur venis nobiscum? Reverte, et habita cum rege, quia peregrinus es, et egressus es de loco tuo.* » Hebr. in locum tuum : sed omnes versiones videntur legisse vel intellexisse de loco tuo. Quia alienigena Ethai non est obiectum odii, quod in inimicarum partium Hebreos dirigitur ; quia advena eam merebatur gratiam, quae lege advenis debebatur. Regis quaestio ex animo prodit amaritudine confecto : Quare tu, peregrinus cum sis, meis civibus omnibus a me deficientibus, mihi adhaeres ? v. 20 « *Heri venisti, et hodie compellenter nobiscum egredi? Ego autem vadam, quo iturus sum.* » Explicat Chald. : in locum, quem nescio quo iturus sum. « *Vagus feror* » (Mar.), relinque me sorti mee, cf. 1 Reg. 23, 13. « *Reverte, et reduc tecum fratres tuos* », qui ergo et ipsi veri nominis Gethaei erant, « *et Dominus faciet tecum misericordiam et veritatem, quia ostendisti gratiam et fidem* ».

Lege heri נָשׁוּב : extorrem te faciam nobiscum exulantibus ; Keil « extorrem te faciam, ut eas nobiscum ». LXX rursum duas eiusdem textum versiones conglutinat. — *Facit vel faciat.* Cum Vulg. consensit LXX, dum Hebr., a primo tecum ad alterum translatis, omisit verba et *Dominus faciat tecum*, et solum habet et *reduc fratres tuos tecum, misericordiam et veritatem*; cuius manci textus interpretamentum sunt sequentia Vulg. verba quia ostendisti gratiam et fidem (Verc.).

v. 21 « *Et respondit Ethai regi, dicens: Vivit Dominus, et vivit do-*

*minus meus rex, quoniam in quoconque loco fueris, domine mi rex, si-
ve in morte sive in vita, ibi erit servus tuus* ». Idem sensus exprimitur Ruth 1, 16 sq. : « Quocunque enim perrexis, pergam, et ubi morata fueris, et ego pariter morabor Quae te terra morientem suscepit, in ea moriar, ibique locum accipiam sepulturae ». v. 22 « *Et ait David ad Ethai: Veni et transi. Et transiuit Ethai Gethaeus et omnes viri, qui cum eo erant, et reliqua multitudo* ». Quae multitudine alia esse non potest, nisi reliqua multitudo exercitus. v. 23 « *Omnesque flebant voce magna, et universus populus transibat: rex quoque transgredie-
batur torrentem Cedron, et cunctus populus incedebat contra viam, que respicit ad desertum.* » Omnes : Hebr. omnis terra ; nota, quam facile tali universalis expressione utatur Hebraeus. Adverte varias huius viae dolorosae stations : 13, 17 « *olivam remotam* » (?), 13, 23 torrentem Cedron, 13, 30 « *clivum olivarum* », 16, 4 alium ciudem montis locum, 16, 3 Bahurim, 16, 14 locus cuius nomen corruptum appetit. — Aliqui interpres verbum נַעֲמָה v. 18, 22, 23 ita interpretantur, ut, rege subsidente apud « *olivam remotam* », reliqui ante ipsum transiverint, gall. « *défiler* ». Licit forte, imo probabiliter res ita evenerit, tamen transcurdi verbum non ad regem, sed ad torrentem Cedron videtur referri.

Aderat igitur regi in extrema necessitate exigua, sed fidelis et probata herorum manus, nucleus exercitus et pignus quoddam futurae victoriae : accedit iam altera et angustior protectio, sacerdotes cum arca. Ubi Davidis fidem humilem et quietam compares cum Saulis praecepit superstitione 1 Reg. 13, 8 sqq.; 14, 18, 37, oracula multiplicantis et sacrificia anticipantis. v. 24 « *Venit autem et Sadoc sacerdos, et universi levitatem cum eo, portantes arcam foederis Dei, et deposuerunt ar-
cam Dei; et ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus,
qui egressus fuerat de civitate* ». Sensus sententiae universim patet, melius etiam, si locum omnino parallelum Ios. 3, 17 conferas : substi-
tit area, probabilius in alveo torrentis, donec transiisset universus po-
pulus.

Obscura sunt, quae de Abiathar habentur, ubi tamen versiones omnes cum Hebr. concordant, unde non facile textus emendationibus indulgendam. Ascendit, inquit Abul., in excelsum aliquem locum, spectans transiit populi. Ascendit forte ad ordinatum prope arcam, pie suggesti. Sed quod sane pontificem longe magis decuisse, pud-
erili illo prospetto. Sed quid haec ad narrationem ? Vatabl. : « concessit ad latum iu-
neris, donec omnino transisset populus » ; prudens utique facinus, sed num Sadoc et levitatem agnoscere vianam obturabani ? Mich. « sacrificavit » ; sed kal נְלֵל numquam sacrificandi significationem induit, hiphil vero sollemmodo additio נְלֵל ; et qui tandem sacrificio in fuga locus ? Alii : ascendit ad arcam, ut consularet Deum pro Davide : Sed cur toto tempore substituit, donec transiisset omnis populus ? quia, inqui-

unt, Deus ei nihil respondit. Evidem conicio, emunari h. l. aliquid, quod non ad laudem Abiathari vergat, sed ad vituperum, idque ob sequentes rationes. Si quidquam edicebatur aut indifferens aut laudabile, omnino Abiatharis nomen initio versus scribendum erat : « Venit autem Sadoc et Abiathar sacerdotes, et universi levitas cum eis ». Dein Abiathar iam 1 Reg. 2, 31 sqq. tamquam Heli progenitus veluti per anticipationem proscribebatur, 3 Reg. 2, 26 sqq. tandem abiiciendus. Iam omnino secundum morem nostri s. auctoris est, ut eiusmodi abiecit quibusdam narrationes interspersis animadversionibus praeparetur : exemplum habes Ioab, De Abiathar vero s. auctor hucusus nonnisi honorifico fuerat locutus, cf. 1 Reg. 22, 20 sqq.; 23, 6 sqq. Ergo probabilis fit, h. l. aliquid narrari, quod non ad laudem sit Abiathar. Addé, quod senescente David 3 Reg. 1, 7 Abiathar ei, qui tum primogenitus esset, Adonias favebat : ergo hanc miraberis, si etiam in renuntiandis primogeniti Absalom partibus tardior fuerit. Praeplacet igitur vertere cum *Clair* : « Et ascendit Abiathar, dum expleretur omnis populus, qui de urbe traiciebat torrentem ». Novissimis traicentibus apparuit tandem etiam Abiathar, undecimae horae operarius. Si meliorem invenias versionem, profer.

v. 25 « *Et dixit rex ad Sadoc : Reporta arcam Dei in urbem. Si invenero gratiam in oculis Domini, reduct me et ostendet mihi eam* » (גַּם etiam 6, 6 sqq. est masc. generis) « *et tabernaculum suum* ». v. 26 « *Si autem dixerit mihi : Non places ; praesto sum, faciat, quod bonum est coram se* ». Tabernaculum intelligendum est a Davide Hierosolymis pro excipiendi area extremitum, ob connexionem cum area ; minus probabiliter urbs sancta. Cf. Davidis fiduciam et resignationem cum populi presumptione 1 Reg. 4, 4 sq., item cum Saulis presumptione, regnum invito Deo retinente volenti. v. 27 « *Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem : O videns, revertere in civitatem in pace ; et Achimaas, filius tuus, et Ionathas, filius Abiathar, duo filii vestri, sint vobis consilii* ». v. 28 « *Ecce ego abscondar in campis deserti, donec veniat sermo a vobis indicans mihi* ». v. 29 « *Reportaverunt ergo Sadoc et Abiathar arcam Dei in Ierusalem, et manserunt ibi* ». LXX mansit sc. area.

O *videns*. Punctatab *Vulg.* פָּנִיתְרֵה ; pontifex *videns* erat, quatenus gestabat ephod, *Hebr.* Chald. בְּמִזְבֵּחַ, tune *videns es* ? quod sapit vituperationem. LXX γένεται ἄρα, ecce tu, quam lectionem dices esse configuratam ως οὐδὲν αὐτὸν, ecce ego v. 28 ; sed ea expressionis analogia potuit etiam esse genuina, planum offert sensum, et hinc evadit solide probabilis. Vulgatae lectio rursum exhibet Davidem ipsam valis societatem in tanto pericolo declinantem, prae Domini fiducia. — Ex v. 27 patet, commentiam esse *Welt.* et aliorum hypothesis, nomen Abiathar in hac narratione ab aliquo ex eius pontificis posteris esse suppletum : etenim mentio filii eius et directum alloquium *filii vestri*, quod non ad solum Sadoc referri potest, critice omnino indebet sumi. In campis deserti : *keri* et *versiones* בְּמִזְבֵּחַ, quod *Menoch.* consuet esse desertum Iericho, seu campistria Iericho & Reg. 25, 5. *Kethib* בְּעַבְרוֹת, apud *vada*. Locus unique idem est, qui 17, 16, ubi rursum *keri* et *versiones* differant a *kethib*. Tamen ex 19, 18 (19) perperam probare coanunt *Boetticher* et *Keil*, lectionem *kethib* esse preferendam, cum campistria et *vada* in vicem non excludant : potuerunt quippe esse, et reapse

fuerant, in campis desertis Iericho vada Iordanis. Potest nibilominus lectio *kethib* aliunde muniri : siquidem David nuntius probabilis punctam aliquod *vada* assignaverit, quam regionem late patentem campistria. Notat *Clair*, occupatis vadis Iordanis potuisse Davidem, quandocunque placebat, in alteram fluminis ripam se recipere.

Comparavit sibi itaque David exploratores, qui hostibus intermixti, quid contra ipsum hi molirentur, fideleri renuntiarent. Haud spernendum auxilium, quo exercitus numeris longe valentioris conatus eludi posset. Mox accedit firmior etiam protectio : Chusai in hostis aulam submittitur, vir ob prudentiam celebratus, secretis Absalomis consiliis interficiens, ibique Davidis partes astute sustenturus. v. 30 « *Porro David ascendebat Clivum Olivarum, scandens et flens, nudis pedibus incendens et operto capite ; sed et omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans* ». v. 31 « *Nuntiatum est autem David, quod et Achitophel esset in coniuratione cum Absalom, dixitque David : Infatua, queso, Domine, consilium Achitophel* ». Verte : Nuntiatum autem fuerat Davidi, ... dixerat David. Non proditiois Achitophel nuntium David in Clivo demum Olivarum primum audivit, sed Chusai ibidem obvium habuit. « *Ille nuntius* », inquit *Sary*, « malorum summa fuit. Affulsa res spes, Absalom inveniens atque successu elatum, cum adoraret ipse tiro regem prudentissimum, prospere non esse acturum. Defectio Achitophel iam videbatur Davidis ruinam certam reddere, cui ab omnibus derelicto cum adversario simul valente et prudente res esset ».

Operto capite, cf. 19, 4 (3) ; Esth. 6, 12 ; Ier. 14, 4. Ut ex Ez. 24, 17, 22 patet, veletabur pars vultus inferior cum barba in signum lucis ; idem Lev. 13, 45 praescribatur leprosis : flebat fortasse ad reprimendum halitum, quasi in homine Dei manu afflito impurus reputaretur. — *Nuntiatum est autem David : kethib נָתַן, et David nuntiavit*, sensu caret. *Chad.* צָהָל צָהָל, et David nuntio certior factus est : quae constructione passiva possibilis est, cum correspondens activa reperitur, attamen in libris poeticiis vel propheticis tantum, Job 26, 4 ; 31, 37 ; Ez. 43, 10. Reliqui legebant praefixum נ, et Syr. quidem נָתַן צָהָל, et Davidi nuntiavit aliquis ; heri, *Vulg.* LXX οὐδὲν ζητῶν, et Davidi nuntiatum est, quae lectio praeferenda est. נ faciliter excidere potuit, incipiente v. 30 eadem voce צָהָל.

v. 32 « *Cumque ascenderet David summitatem montis, in quo adoratur erat Dominum* », — ita versiones ; *Hebr.* etiam verti potest (*de Wette*) : ubi aliquis adorat Dominum, i. e. ubi consuevere homines adorare Dominum ; vult enim s. auctor accurate describere locum — « *ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste et terra pleno capite* », *Hebr.* LXX et terra super caput eius. Arachites unde dicatur Chusai, non liquet ; fortasse conferre licebit Ios. 16, 2. LXX h. l. addit determinationem, quam secus (v. 37 ; 16, 16 ; 1 Par. 27, 33) Chusai affixum habet, עֲמָדָה דְּבָרָבָן, quam cum praecedente נָתַן ζητῶν mire confundit in אַפְּגַּשְׁתָּאַפְּגַּשְׁ

(Then.) — v. 33 « Et dixit ei David : Si veneris mecum, eris mihi oneri » ; v. 34 « si autem in civitatem revertaris, et dixeris Absalom : Servus tuus sum, rex ; sicut fui servus patris tui, sic ero servus tuus ; dissipabis consilium Achitophel ».

Obinet h. l. aliqua textuum obscuritas. Imprimis *LLX*, ad ultimum *servus tuus* de-lapsa, illud cum primo confidit, et ita totum textum rursus altera versione descripsi; quas *LXXa* et *LXXb* appellare placet. Iam textum omnium maxime correctum, fortasse etiam integrum, expressi *Vulg.* : בָּנֶךְ אֵין הַבָּלֶק אֲזִיר עַד אַבְּךָ אֶת צָבָא. *Hebr. Chald.*, inter se consentientes, copulam praefigunt secundo בָּנֶךְ אֵין הַבָּלֶק, *Hebr. Vulg.* etiam a *LXXb* et *Syro* condemnatur, dum *LXXa* eam vocem cum proxime sequenti omittit. Rursum *Hebr. Chald.* *LXXb* copulam terio praemittunt, sed ea *Vulg. LXXa Syr.* merito configunt. Utrum cum *LXXa Syr.* paenitimo loco exclamatio הַבָּלֶק repetenda sit, dubitari potest. Oppositionem inter צָבָא et טָהָר libere, sed vere reddit *Vulg.* *sicut . . . sic.* Versio ad verbum haec est : Servus tuus sum ego, o rex ; fui servus patris tui ego pridem, et nunc servus tuus ego sum (o rex ?).

v. 33 « Habes autem tecum Sadoc et Abiathar sacerdotes, et omne verbum, quodcunque audieris de domo regis, indicabis Sadoc et Abiathar sacerdotibus ». v. 36 « Sunt autem cum eis duo filii eorum, Achimaas filius Sadoc et Ionathas filius Abiathar, et mittitis per eos ad me omne verbum, quod audieritis ». v. 37 « Veniente ergo Chusai, amico David, in civitatem, Absalom quoque ingressus est Ierusalem ». « Ex quo colligitur satis verisimiliter, eodem etiam die a David desertam civitatem, et occupatam ab Absalome ; atque ideo prudenter factum a Davide, cum celerrima fuga Absalomis praevertit adventum » (*Sanct.*).

S. auctor, antequam ad narrandam Absalomis cladem procedat, facta refert 16, 1-14 Miphiboseth et Semei, quibus evidentius etiam ostenditur, ad quantam impotentiam David tum fuerit redactus. Est alia praeterea ratio, cur ea facta referantur. Tam Miphiboseth quam Semei (16, 3) erant de cognatione Saul, ut in eorum ruina maledictio contra domum Saul enuntiata effectum obtineat. Insuper Semei et Siba perverse gestis patefit ille, qui inde ab interitu Isbosheth inter Beniaminitas late serperat, animus domui David hostilis, qui postea cap. 20 in insurrectione Sebae in vastum excrevit incendum. — Cum de Miphiboseth et Semei rursum agendum sit cap. 19, aliqua h. l. brevius perstrinximus, fusius ibi explicituri.

Cap. XVI v. 1 « Cumque David transisset paululum montis verticem, apparuit Siba, puer Miphiboseth, in occursum eius, cum duabus asinis, qui onerati erant ducentis panibus et centum alligaturis uvae passae, et centum massis palatharum, et utre vini ».

Hebr. cum duobus asinis circumligatis, et super eos ducenti panes etc. Iam ea circumligandi vox 17, 23 ; Gen. 22, 3 ; Num. 22, 21 adhibetur de iumento strato ad equitandum, Ind. 19, 10 potest veri vel stratus vel onustus. *Chald.* h. l. intellexit asina stratas ad equitandum, quem sensum esse genuinum v. 2 ostendit. — De *uvis passis* cf. 1 Reg. 25, 18 ; 30, 12. — *Massis palatharum* : מַשֵּׁיךְ ex Mich. 7, 1 ; Is. 28, 4 ; Ier. 40, 10. 12 omnino videtur intelligendum de fructis. *Hier.* (25, 62) : « In lingua nostra מַשֵּׁיךְ h. e. massam frorum sonat, caricarumque inter se compactarum ».

v. 2 « Et dixit rex Sibae : Quid sibi volunt haec ? Responditque Siba : Asini domesticis regis, ut sedeant, panes et palathae ad vescendum pueris tuis, vinum autem, ut bibat, si quis defecerit in deserto ». Voce *domus regis* commode etiam intelligitur Bethsabee aliaeque uxores, nam sole concubinae fuerant in Ierusalem reliatae. v. 3 « Et ait rex : Ubi est filius domini tui ? Responditque Siba regi : Remansit in Ierusalem, dicens : Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei ». Pater intelligitur Saul ; idem est dominus Sibae, non Ionathas, cf. 9, 10. — v. 4 « Et ait rex Sibae : Tua sint omnia, quae fuerunt Miphiboseth. Dixitque Siba : Ora, ut inveniam gratiam coram te, domine mi rex ». Eiusmodi formulae cum aliis locis gratiarum actionem exprimant, possemus h. l. cum *Sa* vertere « gratias ago » ; simul tamen verbis videntur includere favoris pro futuro petitionem (*Malv.*).

Pro *Vulg.* *oro* habetur מַשֵּׁיךְ, *adoravi*, quod *Then.* patat esse aliquam devotionis formulam, quasi dicas : Pedibus tuis provolvi, oscular manum ; quae formula secus non inventur. *LXX Chald.* vertunt participio, ut legerint מַשֵּׁיךְ ; sed obest, quod secundum communem usum (cf. 9, 8) ordo verborum deberet esse : Et adoravit Siba et dixit.

v. 5 « Venit ergo rex David usque Bahurim, et ecce egrediebatur inde vir de cognitione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebatque egrediens et maledicbat », v. 6 « mittebatque lapides contra David et contra universos servos regis David ; omnis autem populus et universi bellatores a dextero et a sinistro latere regis incedebant ». Bahurim, cf. 3, 16. Gera, nomen unius et filii Benjamin Gen. 46, 21, inter Beniaminitas haud infrequens Ind. 3, 13 ; 4 Par. 8, 7. Bellatores intellige Gibborim : hi prae ceteris regem suis corporibus tegebant. De cetero videtur Semei ex intentione potius exprimenti contemptus, quam vulnerandorum hominum lapides iactasse : v. 9 et 19, 21 Semei propter solam maledictionem reprehenditur, non propter attentatam regis vitam. Quod fuisse dementia, mille saltem viris optime armatis regem circumdantibus, quibus cives Bahurim arte bellica certe erant inferiores. Sensit illud *Sanct.* : « Licet adigi lapis non posset ad illum locum, ubi erat David, neque si posset, illum attingeret, quia totus populus et universi bellatores regum latus undequaque cingebant : erat tamen gravis iniuria

ria, quia illudebat intentata saltē lapidatione regi, et illum aliquid esse sordidum et vile significabat, imo et lapidum suppicio dignum iudicabat, cum alienum adulterino congressu torum violasset, cui sceleri indicta erat a lege lapidatio ». Tamen de Davidis adulterio non cogitasse Semei, ex v. 8 effici videtur. v. 7 « *Ita autem loquebatur Semei, cum malediceret regi : Egressere, egridere vir sanguinum, et vir Belial.* » v. 8 « *Reddisit tibi Dominus universum sanguinem domus Saul, quoniam invasisti regnum eius ; et dedit Dominus regnum in manu Absalom, filii tui ; et ecce premunt te mala tua,* » — Hebr. et ecce tu in malo tuo, Syr. redditis est malitia tua — « *quoniam vir sanguinum es.* » Adscribit Semei Davidi totam ruinam domus Saul, quae cruenta fuerat, imprimis caedem Ishobeth (*Clair*) et factum cap. 21 narrandum. Syr. accurritus cuius invasisti regnum : non explicatur, quomodo David sanguinem domus Saul fuderit, sed novum additur convicium : exturbasti Saalem regno, nunc a tuo exturbaris filio. v. 9 « *Dixit autem Abisai, filius Sarniae, regi : Quare maledicit canis hic mortuus dominino meo regi ? Vadam et amputabo caput eius.* » Cf. 9, 8. Verbi vel signis assensus est Iob, cum Davidis responsum ad utrumque dirigatur. v. 10 « *Et ait rex : Quid mihi et vobis est, filii Sarniae ? Dimittite eum, ut maledicat : Dominus enim praecepit ei, ut malediceret David, et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit ?* » Expressio Quid mihi etc (cf. 19, 22 ; Io. 2, 4) non est indignationis aut contemptus : qui enim eiusmodi sensus exprimat David eo praecise tempore, quo filii Sarniae eximiam ipsi exhibent fidelitatem ? Est potius expressio suaviter compescens. Sensus non est : Quid mihi vobiscum commune ? quae esset absurdula quaestio, cum plurima reapse Davidis cum filiis Sarniae essent communia ; sed : Quid mihi vobisve negotii est in ea, quam loquimini, re ?

Dimittite eum, ut maledicat : ita vertebant etiam LXX Syr., et concordat kethib בְּלַי, nam cum futuro sensu habet permisivum (cf. Ew. § 363 b), quem sensum versu vindicat v. 11. — Chald. cum keri legebat נָא, sic maledicat, sensu handi diverso. *Dominus enim :* omnes versiones legebant keri יְהִי pro kethib יְהִי : et potest sententia cum keri יְהִי et praecedente kethib יְהִי sic construi : Si ipse maledicit, quia Dominus praecepit ei, quis audeat dicere etc. ? vel cum kethib יְהִי et praecedente kethib יְהִי : Si ipse maledicit, et si Dominus praecepit ei, quis audeat dicere etc. ?

v. 11 « *Et ait rex Abisai et universis servis suis : Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quaerit animam meam : quanto magis nunc filius Iesmini ?* » Merito LXX articulum exprimit : hic Beniaminita. « *Dimittite eum, ut maledicat iuxta praeceptum Domini,* » v. 12 « *si forte respiciat Dominus afflictionem meam, et reddit mihi Dominus bonus pro maledictione hac hodierna.* » Non solum pia, sed etiam pru-

dens erat haec Davidis mansuetudo. Volebat quam citissime in regionem tutam trans Jordanem se recipere ; nolebat ad armatam resistantiam provocare Beniaminitas iam satis infensos, qui in regione montuosa eius iter multum poterant retardare, ut Absalom fugientem patrem iniquiore loco consequeretur.

Afflictionem meam : kethib בְּלַי sensu caret ; Vulg. LXX Syr. sequuntur keri בְּלַי, alterum secundus keri, legebat נָא, quod explicavit : revealabitur eorum Domino lacryma oculi mei. — Pro maledictione hac hodierna : LXX Chald. sequuntur keri pro maledictione eius ; Syr. kethib pro maledictione mea, quod praferendum conset Wellh., quia modo etiam dicebatur afflictionem meam ; sed ratio non est peremptoria. Vulg. neutram lectioem exprimit.

V. 13 « *Ambulabat itaque David et socii eius per viam cum eo, Semei autem per iugum montis ex latere contra illum gradiebatur, maledicens et mittens lapides adversum eum, terramque spargens.* » v. 14 « *Venit itaque rex et universus populus cum eo lassus, et refocillati sunt ibi.* »

Via Davidis in valle erat, Semei sequebatur *per latus montis* (Hebr.), ex adverso Davidis (Chald. Syr.). *Adversum eum : Then*, quod LXX hoc altero loco vertant έπειταν οὐτος α τατε εις, censem in Hebr. legendum esse בְּנֵי יִשְׂרָאֵל pro altero לְבָנֵי יִשְׂרָאֵל, sed hanc correctionem excludunt Vulg. Chald., neque est eadem necessaria : Semei gradiebatur ex adverso, et iacebat lapides ex adverso. — *Lassus :* ita omnes versiones. Sed desideratur loci eiusdem indicatio, quod patet ex sequenti *ibi*. Unde aliqui dient nomen loci eiusdem exsidisse, cf. *Ios.* « *ad Iordanem* ». Alii nomen loco fuisse Aieplim (= sitiens), ergo aridus, cf. Ps. 142, 6, eo quod omnes illuc viatores lassi ex itinere deserti adventarent. Alii tandem nomen loci incuria scribarum in Aieplim esse defiguratum contendunt, — *Refocillati sunt, שָׁבְדָנִים, gal.* « *reprendre halene* », ex festino itinere in locum tandem tuiorem recepti.

Absalomis strages 2 Reg. 16, 15-20, 26.

ARG. — Primum 16, 13-17, 23 rationes panduntur, ob quas tandem Absalomis res in peius sint versae : 16, 15-20 exhibetur Chusai simul cum Achitophel concilii Absalomis adhibitus ; 16, 21-23 Achitophelis consilium de concubinis David foelandis nemine contradicente effectui mandatur ; sed 17, 1-23 consilium Achitophel consilii Chusai elimitur. — Dein 17, 24-19, 8 Absalomis clades describitur, ad cuius numerum rex summo dolore afficitur. Sequitur 19, 8-40 narratio regis per tribum Iuda Hierosolymam reducti, cui subiectuntur 19, 40-20, 26 Israelitarum contra Iudeos invidiae indeque nata Sebae insurrectio. Pro conclusione proceres restitutae aulae davidicae describuntur.

Absalomis ruina ab eius in Ierusalem ingressu exordium sumpsit, quando Chusai suis concilii adhibuit. v. 15 « *Absalom autem et omnis*

populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed et Achitophel cum eo ». Ille versus evidenter reddit ad 13, 31, cui 16, 1-14 appendix eiusdem instar adiiciebantur. v. 16 « *Cum autem venisset Chusai Arachites, amicus David, ad Absalom, locutus est ad eum : Salv rex, salve rex.* » Repe-tatio pingit devotionis, quam simulabat Chusai, instantiam; totis buccis clamabat. v. 17 « *Ad quem Absalom : Haec est, inquit, gratia tua ad amicum tuum ? quare non ivisti cum amico tuo ?* » Videtur Chusai speciali omnino ratione fuisse amicus David, hinc specialiori ratione Absalom suspectus, cuius ad rebellium factionem accessione minime speraretur. Verba non earent ironia: « *Qualem ego te mecum futurum sperem, cum videam te eum deseruisse, qui de te bene meritus est* » (*Menoch.*) ? v. 18 « *Responditque Chusai ad Absalom : Nequaquam, quia illius ero, quem elegit Dominus et omnis hic populus et universus Israel, et cum eo manebo.* » Omnes versiones praefrerunt keri חָנַן LXX pro χάνει mendose legebat חָנַן. Proficitur Chusai, pluris se facere divinam electionem amicitiæ officiis. Argumentum hoc plenum adulatio-nis, cuiusque effectus tanto esset maior, quod publice pronuntiaretur. Nihil iam Absalom antiquus habebat, quam ut sua auctoritas legitima haberetur; argumentum opportune suggestit Chusai, tritum illud « *Vox populi, vox Dei.* » v. 19 *Sed ut ethoc inferam* : — alii et secundo; expressio est minus usitata — « *Cui ego servitum sum ? nonne filio regis ? Sicut parui patri tuo, ita parebo et tibi.* » Aliam iam affert fallaciam, qua ostendat legitime imperare Absalom: successit patri, ast superstít et invitò. Reete explicat *Ios.* : Et præter illud, quod sis a Deo electus, ne muto quidem dominum, « *non enim in diversam regnum transit familiam, sed in eadem mansit, filio succedente patri.* » *Diquet* : « D'ailleurs y a-t-il si loin, je vous prie, du père au fils? » Callide palliat simulatam prodictionem. v. 20 « *Dixit autem Absalom ad Achitophel : Inite consilium, quid agere debeamus.* » Hebr. inite consilium vobis. En veri nominis dativus commodi, exclamat *Then.*: sin inieritis, vapulabitis vos. Num revera princeps censendus est, hoc animo venerandos duos consiliarios publice esse allocutus? Ergo melius: inite consilium inter vos. — Dirigens orationem ad Achitophel consiliarium numero plurali, ipso facto Absalom consiliarii munus etiam Chusai defert, nam alios quosdam intelligi gratuito *Then.* affirmat. Verba simul sunt responsio Chusai data et acceptatio eorum, quae is obtulerat, officiorum. Confirmatur explicatio ex 17, 3.

Et primum quidem crederet quis, nullo usui futurum esse Chusai Davidi. Achitophelis enim consilii de foedandi concubinis David executioni mandatur, Chusai nec rogato, aut certe non contradicente. v. 21 « *Et ait Achitophel ad Absalom : Ingredere ad concubinas patris tui.*

quas dimisit ad custodiendam domum, ut cum audierit omnis Israel, quod foedaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. » Hebr. quod te exhibueris foetentem patri tuo (cf. 10, 6), i. e. quod gravissime illum offenderis. Actio proposita erat incestuosa Lev. 18, 8. Reete *Ios.* : « *ex hoc enim populum* », inquit, « *agniturum esse certissime, nunquam in futurum te posse cum patre in gratiam redire ; atque adeo multa cum alacritate militaturum esse tecum contra patrem ; nam haec tenet veritos esse apertas suspicere inimicitias, conveaturum inter vos expectantes.* » Quod ita explicat *Menoch.* : « *Aliqui ex primoribus ei populo timide sequebantur Absalom, timentes ne fortasse inter se filius ac pater reconciliarentur et, qui pro Absalome stetissent, poenas luarent. Fit ergo Achitophel auctor Absalom, ut adeo gravem patri irroget iniuriam, ut plane omnes sibi persuadeant, nullam inter ipsos reconciliationis spem superesse.* » Cf. *Theodore.*, *Mar.*, *Sanct.*, *Calm.* Egregie etiam sibi his providebat Achitophel. v. 22 « *Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israel.* » τὴν στρατηγίαν, determinatum illud tabernaculum auctori coevo notum (*Then.*). Solarium sane illud idem intelligitur, ex quo 11, 2 libidinose David in uxorem Uriæ prospexerat. Quibus impleta est prophétia 12, 11. — v. 23 « *Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consulueret Deum ; sic erat omne consilium Achitophel, et cum esset cum David, et cum esset cum Absalom.* » Non est necessario cum keri supplendum ψών, nam ipsum verbum impersonaliter intelligi potest. Prima sententiae pars absolute ponitur, ac deinde resumitur his verbis *sic erat omne consilium etc.*

At mox Chusai consilio suo perniciosissimum Achitophelis consilium vincit, Davidique colligendi exercitus copiam procurat. Cap. XVII v. 1 « *Dixit ergo Achitophel ad Absalom : Eligam mihi duodecim millia virorum, et consurgens persecuar David hac nocte,* » v. 2 « *et irruens super eum, quippe qui lassus est et solitus manibus, percutiam eum ; cunctus fugerit omnis populus, qui cum eo est, percutiam regem desolatum,* » i. e. solum, ut patet ex *Hebr.*, *versionibus* et v. 3. — Norat Achitophel « *futurum, ut, si spatium daretur populo scelus suum in regem legitimum cognoscendi, et Davidi tempus cogendi copias, eiusque amicis se colligendi et subita illa metus turbatione, Absalom factio sponte per se rueret* (?) *, ac Davidis res magis magisque confirmarentur* » (*Calm.*).

Alterutrum numerale omittentes, *Syr.* legit duo millia, *Ios.* decem millia. Reete *Vulg.* articulatum hebr. reddit addito pronomine *haec*. — *Percutiam eum*; *Vulg.* legebatur חָנַן, ubi ceteri fortasse melius חָנַן, et *perterrebo eum*, percussio enim statim exprimitur.

v. 3 « *Et reducam universum populum, quomodo unus homo reverti solet : unum enim virum tu queris, et omnis populus erit in pace* ».

Quomodo reverti (solet) — lucasque omnes textus consentiant, facile corrigitur Chald. pro **כ** legens **ו**. Similiter inde a *tu queris* etc. omnes consentiant textus, nam **ו** anto **כ** (*et omnis*) secundum *Vulg.* *LXX* *Syr.* facile apud *Hebr.* *Chald.* restinuitur. Verum, quae media interiacent, lectione differunt plurimum.

Hebr.	אָשֵׁר	הַלְּבָד
LXX	αὐτὸς ἀστὴρ	αὐτὸς ἀστὴρ
Vulg.	et omnis	et omnis
Chald.	אָשֵׁר אָחָד יְ	אָשֵׁר אָחָד יְ
Syr.	אָשֵׁר אָחָד נְהֹרָה	אָשֵׁר אָחָד נְהֹרָה

Iam inspectis hisce textibus illico patet, *Hebr.* *Syr.* esse mancos, eo quod scriba, descripto priore **שָׁנָה**, inadverterat ad alterum **שָׁנָה** transilierit; item lectiones **לְבָד** et **שָׁנָה** una ex altera essa ortam, satis quippe frequenter haec voces communantur inter se. Textum incorruptum videatur *LXX* praeservasse : *Et reducam universum populum, sicut revertitur sponsa ad virum suum ; tantummodo animam unius viri tu queris, et omni populo erit pac*. Aliquid inter utrumque **שָׁנָה** lectum esse, ex *LXX* *Vulg.* *Chald.*, quantumvis inter se different, appetit.

v. 4 « *Placuitque sermo eius Absalom et cunctis maioribus natu Israel* ». v. 3 « *Ait autem Absalom : Vocate* » — *Hebr.* *LXX* *Chald.* adiungit *etiam* — *Chusai* Arachites et audiamus, quid etiam ipse dicat». v. 6 « *Cumque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum : Huiuscemodi sermonem locutus est Achitophel : facere debemus annon ? quod das consilium ? Reliqui Si non, tu loquere. Recte* *Vulg.* *LXX* *Syr.* punctabant pluralemente vocate, v. 7 « *Et dixit Chusai ad Absalom : Non est bonum consilium, quod dedit Achitophel hac vice* ». Adulationem quamdam Achitophelis ultima vox sapit, quasi hac unica primaque vice minus sapuerit (*Chrys.* 33. 83). Simil ea vox confirmat, quod ad 16, 21 dicebamus, Chusai non esse obloctum consilio Achitophel de incestu committendo, v. 8 « *Et rursus intulit Chusai : Tu nosti patrem tuum et viros, qui cum eo sunt, esse fortissimos et amaro animo, veluti si ursa rapitis catulis in salto saevia* ». « *Periculosum cum desperato hominum genere pugnare* » (*Mar.*). *Hebr.* *veluti ursa orbata in agro*; *LXX* addunt et *veluti sus fera in agro*, ubi vel sola ultima vox ostendit, agi de altera eiusdem incisi versione. « *Sed et pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo* ». Non lassus, uti supponit Achitophel, castri fitet hac nocte, sed perget fugiens.

Hebr. *non pernoctabit cum populo*, et *Syr.* *apud populum*. Unde *Jos.* : « *Nocte suis relictis aut in valle aliqua delitescit, aut ad rupe aliquam in insidiis erit* ». *Mar.* : « *ut est callidus, divertit noctu a ceteris* », non in iisdem cum illis castris pernoctabit; si opprimas castra, non opprimes ipsum. Eptotest conferri lob 19, 4 « *pernoctavit mecum error meus* », et appellari ad v. 2, ubi Achitophel ex-

spectat, se Davidem in medio suorum reperturum esse. Nota tamen, in commendanda regis non tam calliditate quam belli experientia versari Chusai : *vir bellator est*. Iamvero pessimi ducis est, noctu a suis se subducere securitas gratia, atque ita illis animos adimere. Sensus vocis ex v. 16 colligitur : « *Ne moreris nocte hac etc.* »; et a *Vulg.* feliciter redditus est *non morabitur*, i. e. non moram faciet. Supponente Achitophel, David noctu substiturum esse, affirmat Chusai, illum noctu esse fugam continuaturum (cf. *Calm.*).

Addit iam nocturni timoris argumentum v. 9 « *Forsitan nunc latitat in foveis aut in uno, quo voluerit, loco ; et cum ceciderit unus quilibet in principio, audiatur, quicunque audierit, et dicet : Facta est plaga in populo, qui sequebatur Absalom* ».

Hebr. *in una fovearum*, item *Chald.*, et *LXX*, ubi *εν ενωσιν* corrigendum est in *εν ενωσιν* (*Then.*) et alia versio habet *εν ενωσιν*. Foveae designat vox 18, 17; eadem *Is.* 24, 17; *Ier.* 18, 43; *Then.* 3, 47 intelligitur de foveis praeparatis ad capiendas feras vel viatores. — *בְּקָרָם*, a radice *assurgere*, praepnupti aptum videtur ad designandum locum excusum. Hinc duplex videatur indicari genus insidiarum, alterum a loco demissori impinato prorumpens, alterum ex specula quadam in longinquum propiciens. *LXX* *εν τῷ οἴκῳ τοῦ αὐτοῦ, cum ipse irruevit in eos* : sensus commodus in se, sed reputandus eo, quod desideretur *αὐτόν* et in *Hebr.* correspondens suffixum.

v. 10 « *Et fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pavore solvetur ; scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, et robustos omnes, qui cum eo sunt* ». v. 11 « *Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium : Congregetur ad te universus Israel a Dan usque Bersabee, quasi arena maris innumerabilis, et tu eris in medio eorum* ». « *Eo spectat Chusai, ut redimat tempus* » (*Calm.*). « *Duo dixerat Achitophel : primum, ut sibi duodecim hominum milia tribuerentur ; deinde, ut ipse tanto exercitu praeficeretur imperator. Utraque confutat Chusai* » (*Sanct.*). Absalomis praesentia animos addet et certam faciet victoriam : neque id adulatione vacuum est.

Brevius *Hebr.* v. 11 *Sed ego censeo* : unde putavit Then., aliqua in *Hebr.* excedisse : sed voluerat solum *Vulg.* *LXX* brevem hebr. sententiam clariorē reddere, est autem perquam probabile, consiliarios regios brevi aliqua formula consueverat placita sua pandere. — *Hebr.* *et facies tua gradiens in medio*, sed punctandū *בְּקָרָם*, *ad pugnam*.

v. 12 « *Et irruemus super eum in quocunque loco inventus fuerit, et operiemus eum, sicut evadere solet ros super terram, et non relinquemus de viris, qui cum eo sunt, ne unum quidem* ». *Operiemus eum*, i. e. locum : *Hebr.* *requiescemos*, descendemus super eum. Obiicit *Then.*, suavem roris descensum non praebere aptam comparationem ; verum terrum comparationis non est in descensu suavitate, sed in eiusdem infal-

libilitate et universalitate. v. 13 « Quodsi urbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel civitati illi funes, et trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur ne calculus quidem ex ea ». Urbs secus torrentem exstructa supponitur. Prudentia consilii Achitophel in eo erat, quod viro, cuius ruina quaerebatur, non dabatur tempus se colligendi sibique adiungendi socios, sive qui semper fidem servassent, sive quos poenituisse set defectios. Chusai ad ambitionem Absalomis provocat, cui eam victoriam reservat, quam Achitophel solus parare suscepserat, cf. v. 1 cum 12, 27 sqq. Magnificis comparationibus celat inanitatem suppositionis, cui totum superstruitur consilium, universum Israel congregatum in ad Absalon, Ita fere Duguet. Et Sanct. : « Accommodat Chusai orationem suam ad adolescentis insanii vanissimum ingenium, qui superbe de se cogitat, et nihil suae felicitati ac viribus non pollicetur. Duo loca sibi eligere posset ad resistendum David : aut campestrem locum, qui nullis vallatur moenibus, aut urbem aggere munitam. Si locum, qui coelo subest aperto, erit Absalomis exercitus sicut ros, qui patet a grum sine ullo impedimento ac mora humectat et complet. Si vero ad civitatis alieci septa confugerit, tunc innumerabilis multitudine implicant funibus civitatem non maiori difficultate a fundamentis convulsam in torrentem praecepit dabit, quam si truncus forcat ramus ab arbore decussus ».

Verbum circumdandi etiam exhibet Chald., quamvis, funes intelligens funiculos mensorios, locum interpretatus est de dimetiendis circa civitatem castris. Videntur ergo Vulg. Chald. legisse יְמִינֵי ; Hebr. יָמִינֵי, et facient tollere sensum non facile officit.

v. 14 « Dixitque Absalom et omnes viri Israel : Melius est consilium Chusai Arachitae consilio Achitophel. Domini autem ntu dissipatum est consilium Achitophel utile, ut induceret Dominus super Absalom malum ». Quod consilium Chusai placuerit Absalom, eam etiam rationem affert Clair, impatienter tulisse Absalomem, in omnibus se regi consilii Achitophel. — Petierat David 13, 31, ut salvaretur « infatuato » divinitus consilio Achitophel : aliter saepe Deus, atque petimus, petitia concedit. Deus non Achitophelis, sed reliquorum infatuavit cogitationes.

Iam nuntium repudiati ab Absolome, saltum ad tempus, Achitophelis consili Chusai transmittit ad regem cumque, ut citissime Iordanem traiciat, hortatur, veritus (Ios.), ne Absalom aliquando consilium mutaret. v. 15 « Et ait Chusai Sudoc et Abiathar sacerdotibus : Hoc et hoc modo consilium dedit Achitophel Absalom et senioribus Israel, et ego tale et tale dedi consilium ». v. 16 « Nunc ergo mittite cito etnuntiate David, di-

centes : Ne moreris nocte hac in campesribus deserti », vel « in vadis », cf. dicta ad 15, 28, « sed absque dilatatione transpedere, ne forte absorbeat rex et omnis populus, qui cum eo est ». ק בְּלַי Vulg. LXX intellexerunt ne forte absorptio eveniat regi. Verbum ad destruendi sensum descendit Thren. 2, 2. 8 ; Is. 49, 19 ; hinc ne forte extium infatur regi, seu ne pereat rex (Syr.). v. 17 « Ionathas autem et Achimastabant », i. e. manebant, « iuxta fontem Rogel ; abiit ancilla et nuntiavit eis, et illi profecti sunt, ut referant ad regem David nuntium ; non enim poterant videri aut introire civitatem ». Hebr. non enim oportebat eos conspicui intrantes urbem : ratio redditur, cur in re quam secretissima peragenda tamen ancilla nuntia sit adhibita. Res nota erat, pontifices Davidi adhaerere eumque voluisse sequi ; unde observabant illi, neque ipsis licuisset urbe egredi ad filios, neque filii, si agnoscerent, urbem intrare : hinc internuntio opus erat. — Ex situ loci etiam patet, Ionathas et Achimastab non expectasse in via directa ad Iordanem, quia ipse David processerat, sed nonnihi securus eam, in via quae torrenti Cedron adhaeret, ad vitandam suspicione.

Fons Rogel ex Ios. 15, 7 sq. ; 18, 16 eo fere loco situs erat, quo vallis Cedron et vallis Ben Hinnom convergunt, ergo ad meridiem urbis Ierusalem, quae ad orientem vergit. Chald. Syr. vertunt fontem fullonis, quam significacionem radix גַּר habere potest. Probabiliter idem est cum piscina fullonis, cf. Euseb. ad v. Thophet. Putant aliqui, fusse eum fontem prope agrum fullonis Is. 7, 3, sed id a quaestione pendet, quoniam fuerit piscina superior ibidem. — Ancilla hebr. articulum habet, ergo determinata ancilla, narratori nota, quam ergo testem eventuum immediatum fuisse oportet (Then.). Tamen articulus etiam sie explicari potest, ut intelligatur determinata ancilla, cui ante conditum fuerat, ut, si qui esset nuntius preferendus, ipsa perficeret. Ios. suggerit, cum egressum esse specie layandi pannos.

v. 18 « Videl autem eos quidam puer », unus e speculatoribus ab Absolome circa urbem dispositis, « et indicavit Absalom ; illi vero conitato gradu ingressi sunt domum cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, et descenderunt in eum ». Ergo non omnes Bahuritae sicut Semel Davidi infensi erant ; vel eius viri uxor nesciebat, quam ob causam filii pontificum a satellitibus quaererentur. v. 19 « Tulit autem mulier et expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanus, et sic latuit res ».

Hebr. articulum habet, ergo illud velamen, quod ei usui inserviro consueverat. חַדְבָּן (Hebr. Chald. Syr.) proprio significat extendere (cf. Iob. 12, 23 ; Ier. 8, 2) ; recte explicant Vulg. LXX siccare, qui ex extendendi effectus. תְּמִימָה LXX transcriptionem ἀρχαῖον. Chald. vertit dactylos, gall. « dattes » ; Syr. sicerculam vel zythum, quod ultimum ex hordeo conficitur ; Vulg. Ag. Symm. ptisanus, germ. « Gersten-

grütze », angl. « pearl barley », et concordat cum Prov. 27, 22, ubi יְמִינָה dicuntur in mortario communis.

v. 20 « Cumque venissent servi Absalom in domum ad mulierem, dixerunt: Ubi est Achimaas et Ionathas? Et respondit eis mulier: Transierunt festinanter, gustata paululum aqua. At hi, qui quaerebant, cum non reperissent, reversi sunt in Ierusalem ».

Pro **מִיכָּל**, quod h. l. tantum occurrit neque facile explicatur, Vulg. (paululum) LXX (παύρον) Chald. (ပုဂ္ဂိုလ်) legebant. Festinantes non est nisi altera eiusdem vocis translatio, post Hier. in Vulg. inventa (Verc.). Gustata adiecit Vulg. explicationis gratia, sed, uti credimus, minus feliciter. Aque gustata mentio attentione quaerendam direxisset ad puteum, unde haurienda era aqua; quod mulieri maxime omnium erat cavendum. Adde, illum puteum opertum tam fuisse velamine, supersparsis pītānis, quasi non recens inde aqua esset hansta: ipsa igitur pītei species contra verba mulieris suspicionem movisset. Malumus igitur aquam cum Chald., et v. 21 intelligere Jordanem, atque vertere: Brevi transierunt fluvium; tantum iam, ex quo hic transierunt, effluit tempus ut brevi transitus Jordani ab ipsis futurus sit effectus. Qui dolus illud effectit, ut satellites missa domus perquisitione festinaverint Jordanem versus: nam Hebr. non habet *hi, qui quaerebant*, sed, at *hi quaequerunt*, sc. prope Jordanem.

v. 21 « Cumque abiissent, ascenderunt illi de puto et pergentes nuntiaverunt regi David et dixerunt: Surgite et transite cito fluvium, quoniam huiuscmodi dedit consilium contra vos Achitophel ». v. 22 « Surrexit ergo David et omnis populus, qui cum eo erat, et transierunt Jordanem, donec dilucesceret; et ne unus quidem residuus fuit, qui non transisset fluvium ». Cum Syr. et secundum accentum Masor. divide sententiam post Jordanem: « et, donec dilucesceret, ne unus quidem residuus fuit » (Malv.). v. 23 « Porro Achitophel videns, quod non fuisset factum consilium suum, stravit asinum suum surrexitque et abiit in dominum suum et in civitatem suam et, disposita domo sua, suspendio interiit, et sepultus est in sepulcro patri sui ». « Impatiens repulsae » (Sanct.) vidensque suum negligi consilium, illico perspexit, perditum iri Absalomis causam. Quare illis subsidii causam desperatam fulcire non est aggressus sed, disposita domo sua et iis, quae ad sepulturam spectabant, ordinatis, vita excessit.

Achitophelis interitus Davidis causa invaluit, Absalomis infirmata est. Ea erat viri interitus ratio, que suspicionem moveret, illum de Absalomis causa desperasse. Ipse Absalom prudenti consiliario orbatus est, neque dubium, quin David etiam posthaec de consilio et actis filii certior fieret. Davidi tempus concessum colligendi et instruendi exercitus atque annona comparandae. Quo tempore multi sane, re maturius perspensa, ad ipsum a filio transfugerunt, ut dici potuerit, quod 3, 1 de domo Saul dicebatur:

« David proficiens et semper se ipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie ». Primum igitur 17, 24-18, 5 exercitus utrumque instruatur, a Davide annona providetur.

v. 24 « David autem venit in Castra », — hic et v. 27 verte *Mahanaim* cum LXX *Chald. Syr.*, cf. 2, 8 — « et Absalom transiit Iordanem, ipse et omnes viri Israel cum eo », aliquo elapsu tempore secundum consilium Chusai (*Sanct.*). — v. 25 « Amasam vero constituit Absalom pro Ioab super exercitum; Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Iethra, de Israeli, qui ingressus est ad Abigail, filiam Naas, sororem Saruiae, quae fuit mater Ioab ».

Pro Iethra 1 Par. 2, 17 Iether. *Hebr. Chald. Syr.* faciunt *Israelitam*, sed s. scriptor certe viri originem nominum accuratius exprimere volebat. LXX *Iezrahelitae*, sed lectio non est sufficiens auctoritatis. Aliqui codices graeci cum 1 Par. 2, 17 *Israeliteam* scribunt, et haec lectio praefereretur, nam id reapse notatu dignum erat, alienigenam uxorem duxisse cognitionis David (*Sanct.*). — **נַעֲמָן** de actu coniugali usurpat Gen. 16, 2; 30, 3; 38, 8; Deut. 22, 13; 23, 5; de actu incestuoso Gen. 19, 31. 33 et supra 16, 21; ergo ex sola voce non licet inferre, Iethram cum Abigail rem illicitam habuisse ante matronitatem (*Sanct.*). — Abigail legitur Vulg. LXX b. l. et, ad 1 Par. 2, 17, praeferit *Syr.* omnes; reliqui Abigail 1 Par. 2, 16 Abigail et Saruia dicuntur sorores David. Hinc *Ps. Hier.* putav. Naas eundem esse qui Isai, quod si fuerit hominius. Vel potius sororum mater duos successive habere maritos, Naas et Isai. Meminit *Malv.* opinionis quorundam, Naas esse nomen feminae, matris Abigail. Neque officit *Wellw.* protestatus, vocem **נָאָס** semper esse māse, nec posse esse nomen feminae: nam quaedam nomina reperiuntur, quas modo virorum, modo mulierum sunt propria, v. g. nomen Maacha. Hinc potius Abigail esse filia mulieris Naas, uxoris Isai, ex praevio aliquo connubio. Obiurc 1 Par. 2, 13 sqq. videri recenserit ipsius Isai posteritatem; sed ratio non cogit, nam potuisse ei loco inseri nomen Saruiae et Abigail, non tam ratione carum originis ex Isai, quam ideo quod ex illis celebritatem nactae sint. Tandem textus sic veri potest: filiam (mulieris) Naas, sororis Saruiae. Quo sensu Abigail erat Isai non filia sed neptis, Saruiae soror sensu tantum latiore. Quod praeplaet, defende.

v. 26 « Et castrametatus est Israel cum Absalom in terra Galaad ». v. 27 « Cumque venisset David in Castra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, et Machir filius Ammihel de Lodabar, et Berzellai Galaadites de Rogelim », v. 28 « obtulerunt ei stratoria et tapetia et vasa fictilia, frumentum et hordeum, et farinam et polentiam, et fabam et lentem, et frixum cicer », v. 29 « et mel et butyrum, oves et pingues vitulos; dederuntque David et populo, qui cum eo erat, ad vescendum; suspiciati enim sunt, populum fame et siti fatigari in deserto ». Haec suspicio, ut etiam donorum abundantia, suggestio, dona non fuisse a rege coram exacta, sed spontanea eidem allata et oblata. More regum orientalium instituerat David Sobi regem Ammonitarum tributarium, post devictum eius fratrem Hanonem (*Ps. Hier.*). Quidquid senseris de